

quod processit ex invidia, & cupiditate Philippi Francorum Regis, qui odio Templarios habuit, eo quod auli fuerunt stare contra ipsum ex sententia excommunicationis data per jam dictum Bonifacium contra dictum Regem. Qui una dierum omnes Templarios stantes in Regno suo cepit, & carcerari fecit, opponens contra eos coram Clemente Papa Hæreticas blasphemias, & vestigia Sodomorum, & opponentes, quod cum aliquis eorum prædictum intrabat Ordinem, oportebat ipsum Christum Crucifixum negare, & funem in Cruce legare, & trahere ipsam per tres passus, & alia terribilia, quæ scribenda non sunt. Ad quæ prædicta aliqui ex eo Ordine cœperunt trepidare, & ex tormentis coram Summo Pontifice, & Rege prædicto, confessi sunt, prædicta facta fuisse: pro quibus pessima sententia lata est contra ipsos; ex quibus verò aliqui succenssi sunt igne, & multi ex eis in carceribus obierunt; & possessiones eorum, & bona mobilia per totum Orbem terrarum tam citra mare, quam ultra, ablata sunt eis; & deposito habitu Ordinis dispersi sunt undique. Clemens prædictus in Concilio Generali factò in Vienna Anno MCCCXII. ubi erant ab Oriente, & Occidente innumera- biles Prælati, & Clerici, Rex Franciæ, & alii plures Regni, ex ore suo maledixit Ordinem Templi, & ipsum cassavit, & deposuit Templarios; & eorum possessiones, quæ erant in Regno Regis Franciæ, concessit prædicto Regi. Reliquas possessiones concessit Hospitalariis Sancti Johannis, & eisdem præcepit, ut se se præparent ad pugnandum (contra) Saracenos, & navigio ultra mare transire usque ad annos V. proximè venturos. Si prædicti iustam aut injus- tam contra Templarios dederunt sententiam, ipse scivit; & Deus ultionum, qui non dormit; & qui novit omnia, antequam fiant, prædicta cognovit, antequam ipsa successerint; & si passagium fuerit, Altissimus provideat breviter, quod meliùs esse debeat. Guilielmus de Nogareto Regis Franciæ Cancellarius auctor fuit pro posse ruinæ Ordinis Templiariorum, eo quod patrem ejus tamquam Hæreticum comburi fecerunt. Dum autem plures ex Ordine Templi ad ignis patibulum con- ducerentur, unus ex ipsis inter eos major voce magna dixit dicto Guilielmo: *Falsè & injustè procurasti destructionem Ordinis Templi: ad Regem non possumus appellare, quoniam contra nos pugnat cum consensu Papæ Clementis; sed ad verum & summum Judicem appellamus, qui fortior est ipsis, coram quo te citamus, ut infra diem octavam debeas personaliter comparere.* Ecce miraculum, quod dictus Guilielmus die VIII. prædicta terribiliter & sine percussione

mo. Objectionum tamen maximam, quæ Pontificem Galliarumque Regem a Magno Templiariorum Magistro, paulò ante quam vivus Parisiis combureretur, ad Divinum Tribunal vocatos dicta die obiisse dicit, ab antiquis minimè, quos citat, Scriptoribus proditam cum notet, eam satis elisam putat. Vires at ecce novas eadem Discipuli sui resumit ob- jectio, nam Astenis iste illius ævi sincerus ac diligens Scriptor, quod vidit, factum narrans, non Pontificem, non Regem, sed Regis Can- cellarium, Templiariorum Ordinis narrata ex causa hostem, & ejusdem ex odio causæ ac- cusatorem, non a Magno Templiariorum Magistro, sed ab uno inter Templarios præcipuo infra diem octavam coram Divino Judice haud frustra citatum affirmat, in hæc verba prorumpens: *Ecce miraculum, quod dictus Guilielmus die octava prædicta terribiliter & sine percussione mortuus est.* Coævus alter videri potest Scriptor vitæ Clementis Papæ V. Tomo

A mortuus fuit. Post hæc Clemens Papa mortuus est in Carpentrafio horribili morbo lupuli, mal- fama multifariè subsequente, & maxime ex infi- nito auro, quod habuit ab Hospitalariis, quibus concessit Castra & bona Templi (60). Tunc con- gregati sunt Cardinales in eodem loco, ut novus Papa eligeretur; & hoc fuit Anno MCCCXIV. Mense Aprilis, & facta est scisma inter Italicos, & Gallicos, ex quo Familiæ prædictorum ta- liter inter sese commoti sunt, & præliati, quòd ex ipsis Magistris centum interfecerunt; & po- sito igne in domibus Munilianorum, & venden- tium pannos & alias mercantias, ex quo tertia pars Villæ succensa est: quod pessimum exem- plum existit Christianis. Tunc Cardinales per dictam Provinciam sunt dispersi, & nondum ad eligendum Papam potuerunt hucusque conveni- re. Credendum est verè, quòd propter ea Rex Franciæ, & Guilielmus de Nogareto morte pes- sima finierunt dies suos pro peccatis pessimis su- pradictis; nam Deus ultionum Dominum furorem suum implevit, & meritò super eos, quia non est credendum, quòd bona mors ibi fuerit, ubi præcessit mala vita.

C A P. XXVIII.

De morte Philippi Regis Franciæ, & de Ludovico ejus filio, & ejus Uxo- re in adulterio deprehensa, & de quibusdam aliis.

C PHILIPPUS Rex Franciæ horribili morbo mor- tuus est Anno MCCCXV. Mense Novem- bris die XXIX. qui dum iret ad venationem, quidam aper irruens ad pedes equi sui, ipsum ad terram cum equo projecit, ex quo casu ita exstitit vulneratus & percussus, quòd infra diem octavam mortuus est. Ludovicus filius ejus pri- mogenitus regnavit pro eo, & accepit Uxorem de prole sua, filiam Sicilia Regis, Hungariæ quondam; nam Uxor ejus, quam priùs habue- rat, videlicet filia Ducis Burgundiæ, in turpi adulterio fuit deprehensa cum cognata sua Uxo- re fratris sui Caroli junioris: ex quo ambæ ad incendium condemnatæ in carceribus perpetuis sunt retrusæ, in quo carcere ex gravitate eidem facta, Uxor dicti Ludovici satis citò vitam fini- vit, supervivente fratris Uxore. Ii verò, qui cum eisdem se conjunxerant, Philipponus de Alneto & Galcheronus ejus frater, ambo filii Galcheri de Alneto milites probati, convicti & confessi, patre eorum sententiam proferente, ignorante tamen filios ejus esse tanti sceleris pa- tratores, virilibus membris abscissis, excoriati, ad

E 3. itius Rerum Italicarum Collectionis pag. 678. lit. D., ut videatur ex sententia minime Pontificia & Conciliari, sed ex odio Regis Philippi & Curie suæ, Magister Templario- rum Parisiis fuisse combuitus. (60) Papalem ipsam de translatis in Hospitalarios, sive in Equites postea dictos Rhodioses, nunc Melitenes, immensis pæne Templario- rum Equitum divitiis Bullam, laudatus supra Bosius edidit, Tomo & Libro citatis pag. 39. ad annum 1312. Joannes verò XXII. Clemen- tis V. successor eodem teste Bosio pag. 43. ad Annum 1316., instantibus Lusitaniæ, & Ar- ragoniæ Regibus rem gratam facturus, novos in eorum ditione Militares Ordines, de Chri- sto in Lusitania, & de Montesa in Valencia instituit, & Templiariorum sparsis per illa Re- gna facultatibus ditavit, ut eorum opera Mauri ab Hispania pelli & deleri penitus pos- sent.